GESTA SALVATOris nostri Iesu Christi, secundum Nicodemum, quæ inuenit Theodozius magnus Imperator in Ierusalem, in prætorio Pontii Pilati, ex Hebraica lingua in Latinam translata, hactenus non excussa.

PARISIIS

Apud Viuantium Gaultherot, Via ad D. Iacobum, sub signo sancti Martini.

M. D. XLV.

ACTA IESV CHRISTI SECVNDVM NICODEMVM.

IN nomine Sanctæ Trinitatis, incipiunt geſta Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quę inuenit Theodoziꝰ magnus Imperator in Ieruſalẽ, in prætorio Pontij Pilati in codicibus publicis, Facta in anno decimonono Imperatoris Tyberij Cęſaris Romanorum, & Herodis filij Herodis regis Galilęę anno decimoſeptimo principatus eius, viij. Calẽd. Aprilis, quod eſt, xxiij. die menſis Martii, conſultatoriæ reuelatiõis in anno. CC.II. olympiadis ſub principatu Iudæorum Ioſephi & Caiphæ. Quanta poſt crucem & paſsionẽ domini hiſtoriatus eſt Nicodemus literis Hebraicis. Annas enim, & Caiphas & Summas, & Datam, Gamaliel, Iudas, Leui, Neptalim, Alexander, & Cyrus, &

reliqui Iudæi veniunt ad Pilatum propter Iesum, accusantes eum de multis accusationibus malis, & dicentes: Iesum nouimus Ioseph fabri filiũ, de Maria natum: & dicit se esse filium Dei & regem, & non solum hoc dicit, sed sabbathum & paternam legẽ nostram vult dissoluere. Dicit Pilat⁹, Quid est quod ait, & quæ vult dissoluere? Dicũt ei Iudæi: Legem habemus in sabbatho non curare: iste autem claudos, & surdos, paralyticos, cęcos, & leprosos, & dęmoniacos curauit de malis actibus. Dicit eis Pilatus: Quomodo de malis actib⁹? Dicunt ei, Maleficus est, & in principe dęmoniorum eijcit dæmonia, & omnia ei subiecta sunt. Pilatus dicit: Istud nõ est in spiritu immundo eijcere dæmonia, sed in virtute Dei. Dicunt & Iudæi Pilato: Rogamus magnitudinem vestram, vt eum iubeatis astare ante vestrum tribunal, & audite eum. Aduocans autem Pilatus cursorem dicit ei: Qua ratione adducetur Christus? Exiens verò cursor & agnoscens eum adorauit & fasciale inuolutorium quòd ferebat in ma-

nu ſua expandit in terra, dicens:Domine,ſuper hoc ambula. Ingredere, quia Præſes te vocat.Videntes autem Iudæi quod fecit curſor, exclamauerunt ad Pilatum,dicẽtes: Quare ſub voce præconis non iuſsiſti eum introire & non per curſorem? Curſor enim vidẽs eum adorauit illum, & faſciale quod tenebat in manu expandit ante eum in terra,& dixit ei:Domine, vocat te Præſes. Aduocans autem pilatus curſorem dixit:Quare hoc feciſti? Dixit ei curſor: Quando miſiſti me de Ieroſolyma ad Alexandrum, vidi Ieſum ſedentem ſuper aſinam humilem,& pueri Hebræorum clamabant: Oſanna,ramos tenentes in manibus ſuis: alij autem ſternebant veſtimẽta ſua in via,dicentes,Salua nos qui es in cælis, benedictus qui venit in nomine domini. Clamauerũt ergo aduerſus curſorem Iudæi, dicentes: Pueri quidem Hebræorũ Hebraice clamabant:tu autem quum ſis Græcus, quomodo linguam Hebræam noſti?Dicit eis curſor: Interrogaui quendã Iudæorũ, & dixi ei: Quid eſt quod

clamant pueri Hebraice,& iſte mihi diſcernit,dicens: Oſanna enim clamant, quod interpretatur, O domine ſaluum me fac,ſeu domine ſalua.Dicit eis Pilatus: Vos autem quur atteſtamini voces quas pueri dixerunt? Quid peccauit curſor?Et ipſi tacuerunt. Dixit curſori præſes:Exi, & quouis ordine introduc eum . Exiens verò curſor fecit ſicut & priori ſcemate,& dicit ad eũ: Domine, ingredere,quoniã vocat te Præſes. Ingreſſus autem Ieſus ad ſigniferos,qui ſigna ferebant,curuata ſunt capita ipſorum,& adorauerunt Ieſum , magis clamabant aduerſus ſigniferos.Pilatus verò dicit ad Iudęos:Non laudatis, quòd ex ſe curuata ſunt capita ſignorum, & adorauerunt Ieſum.Sed quomodo clamatis ad ſigniferos , quia ipſi ſe curuauerunt, & adorauerunt . Dixerunt illi Pilato:Nos vidimus,quoniã inclinauerũt ſe ſigniferi , & adorauerũt Ieſum. Aduocãs verò ſigniferos Præſesdixit eis : Quare ſic feciſtis?Dicũt ſign iferi Pilato: Nos viri pagani ſumus,& tẽplũ ſerui qũo habuimus adorare eum? Et-

enim nos tenētes ſigna curuauerūt ſe, & adorauerunt eum . Dicit Pilatus ad Archiſynagogos : Eligite vos viros potentes,& ipſi contineant ſigna,& videamus ſi ex ſe curuentur.Aſpiciētes autem ſeniores Iudæorum viros duodecim fortiſsimos potentesq́ue ſenes, fecerunt continere ſigna, & ſteterunt ante conſpectum præſidis . Dicit Pilatus curſori,Eijce Ieſum foras,& intromitte eum iterum quali vis ordine , & exiuit foras prætorium Ieſus & curſor : & aduocans Pilatus ſigniferos qui tenebāt ſigna priores,iurans eis per ſalutē Cæſaris,quia ſi non ſic ferant ſigna ingrediente Ieſu,præcidam capita veſtra. Et iuſsit Præſes ingredi Ieſum ſecundo,& fecit curſor eodem ſcemate ſicut & prius,& multum deprecatus eſt Ieſum , vt ſuperaſcenderet,& ambularet ſuper faſciale ſuum:& ſuperābulauit, & ingreſſus eſt.Introeunte autem Ieſu,curuauerunt ſe ſigna & adorauerunt eum . Videns autem Pilatus , timor apprehēdit eum,& cœpit exurgere de ſede ſua.Cogitante autem eo exurgere de ſua ſede

matrona ipſius Pilati procul poſita miſit ad eum, dicens: Nihil tibi & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum in viſu ꝓpter eum hac nocte. Audientes autem hæc Iudæi, dixerunt Pilato: Nunquid nõ diximus tibi, quoniam maleficus eſt, ecce ſomnium immiſit ad vxorem tuam. Pilatus verò aduocans Ieſum, dixit: Num audiſti quòd iſti aduerſum te teſtãtur, & nihil dicis? Ieſus reſpondit ei: Si non haberent poteſtatem loquendi, non loquerentur, ſed quoniam vnuſquiſque poteſtatem habet oris ſui, loqui bona & mala, ipſi videbunt. Reſpõdentes autem ſeniores Iudæorum, dicunt ad Ieſum: Quid nos videbimus? Nos primũ de te vidimus, quòd ex fornicatiõe natus es. Secũdo, quòd pro natiuitate tua in Bethleẽ infantes interfecti ſũt. Tertio, quòd pater tuus & mater tua Maria fugerunt in Ægyptum, eo quòd nõ haberent fiduciam in populo. Dicunt quidam de aſtantibus benigne ex Iudæis, Nos non dicimus eum eſſe natũ ex fornicatione. Sed ſcimus, quoniam deſponſata erat mater eius Maria Io-

ſeph, & non eſt natus ex fornicatione. Dicit Pilatus ad Iudæos, qui dixerant, eum eſſe natũ de fornicatione, Hic ſermo veſter non eſt verus, quoniam deſpõſatio facta eſt, ſicut ipſi dicunt, qui ſunt de gente veſtra. Dicũt Pilato Annas & Caiphas: Omnis multitudo audienda eſt quæ clamat, quoniam ex fornicatione natus eſt, & maleficus eſt. Iſti autem qui negant eum eſſe natũ ex fornicatione, proſelyti ſunt, & diſcipuli eius, Pilatus autem dixit ad Annã & Caipham: Qui ſunt proſelyti? Dicunt illi paganorum filij ſunt, & non facti ſunt Iudęi. Dicũt Eliezar, & Aſterius, & Antonius, & Iacob⁹ Caras, & Samuel, Iſaac, & Phinees, Crippus, & Agripa, Annas & Iudas. Nos proſelyti non ſumus, ſed filij Iudæorum ſumus, & veritatem loquimur, & in deſponſalitio Mariæ interfuimus. Alloquẽs vero Pilatus duodecim viros, qui hæc dixerũt, dicit eis: Adiuro vos per ſalutem Cæſaris, ſi nõ eſt natus ex fornicatione, aut ſi vera ſunt quæ dixiſtis. Dicunt illi Pilato: Legem habemus non iurare, quia pecca-

tum eſt, ipſi iurēt per ſalutem Cæſaris, quoniam non eſt ſicut diximus, & rei ſumus mortis. Dicūt Annas & Caiphas ad Pilatum: Iſti duodecim nō credent, quia ſcimus eum natū de ſtupro, & maleficum eſſe: & dicit ſeipſum eſſe filium Dei, & regem quod nō credimus, & audire pertimeſcimus. Iubens ergo Pilatus omnem populum exire foras abſq; duodecim viris qui dixerunt, quoniam non eſt ex fornicatione natus, ſed & Ieſum iuſsit ſegregare remote, & dicit eis Qua ratione volūt Iudęi occidere? Dicunt ei illi: Zelum habent, quoniā ſabbatho curat. Dixit Pilatus: De bono opere volunt eum occidere? Dicunt illi: Etiā domine. Pilatus verò repletus ira, exiuit prætorium & dixit Iudęis: Teſtā habeo ſolam, qui nec vllam culpam inuenio in homine iſto. Dicunt Iudæi Pilato: Si non eſſet maleficus, non tibi eū tradidiſſemus. Dixit eis Pilatus: Tollite eum vos, & ſecundum legem veſtrā iudicate eum. Dicūt Iudæi Pilato: Nobis licet occidere neminem. Dicit Pilatus Iudæis. Vobis ergo dicit: Non occidas,

ſed non mihi. Et ingreſſus eſt iterum prætorium, & vocauit ſolum Ieſum, & dixit ad eum: Tu es rex Iudæorum? Et reſpondens Ieſus, dixit Pilato: A te hoc ſolum dicis, an alij tibi dixerũt de me? Reſpondés Pilatus, dixit ad Ieſum: Nũquid ego Iudæus ſum? Gens & principes ſacerdotum tradiderunt te mihi: Quid feciſti? Reſpondens Ieſus, dixit: Regnum meum nó eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meũ, miniſtri mei reſiſterent, & non traditus eſſem Iudæis, nunc verò regnum meum non eſt hinc. Dixit Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus: Tu dicis, quia rex ſum ego. Iterum dicit Ieſus Pilato: Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni, vt teſtimonium perhibeã veritati, & omnis qui eſt ex veritate audit meam vocem. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Dicit Ieſus: Veritas de cęlo eſt. Dicit Pilatus: In terris ergo veritas non eſt? Dicit Ieſus Pilato: Intende veritaté eſſe in terra inter illos, qui dum poteſtatem habent iudicandi, veritate vtuntur, & iudicia recte faciunt. Relinqués ergo Pi-

latus Iesum in prætorio exijt foras ad Iudæos,& dixit ad eos : Ego nec vnam culpam inuenio in Iesum . Dicunt illi Iudęi:Ergo ipse dixit,possum dissoluere templum Dei,& in triduo reędificare illud.Dixit eis Pilatus : Quale templum est hoc,de quo dicit?Dicũt ei Iudæi : Quod ædificauit Salomõ in quadraginta sex annis,ipse dixit destruere & in triduo reædificare . Et iterum dicit eis Pilatus:Innocens sum ego à sanguine hominis istius,vos videritis. Dicunt ei Iudæi: Sãguis eius super nos & super filios nostros . Aduocans autem Pilatus seniores & scribas sacerdotes & leuitas,dicit eis secretè: Nolite sic facere, nihil in vestra accusatione dignũ morte inueni . De curatiõe infirmorũ, & violatione sabbathi.Dicunt sacerdotes & leuitæ Pilato :Per salutem Cæsaris , si quis blasphemauerit , dignus est morte . Hic autem aduersus dominum blasphemauit. Iussit vero Præses exire Iudæos iterum prætorium , & aduocãs Iesum dixit ei:Quid faciam tibi?Respódit ei Iesus:Sicut dictum est.Dixit ei Pi

latus: Quomodo est dictum? Dixit ei Iesus: Moyses & Prophetæ præconizati sunt de passione mea, & resurrectione. Audientes hæc Iudæi exacerbati sunt, & dicũt Pilato: Quid amplius vis blasphemiam istius audire? Dicit Pilat⁹ eis: Si iste sermo blasphemia vobis videtur, tollite eum vos, & producite ad vestram synagogam, & secundum legẽ vestram iudicate eum. Dicunt Iudęi Pilato: Lex nostra cõtinet, vt si homo homini peccauerit, dignus sit accipere vnam minus quadraginta. Si vero in dominum blasphemauerit, huiusmodi lapidari. Dicit eis Pilat⁹, Si iste sermo blasphemia est, vos iudicate eum secundũ legem vestrã. Dicunt Iudæi Pilato: Lex nostra mandat nobis nõ occidere quẽquã. Nos volumus, vt crucifigatur, quia dignus est morte crucis. Dicit eis Pilatus: Non est bonum, vt crucifigatur, sed tantum corripite eum, & dimittite. Intuitus vero Præses in populo & circũstante populo Iudæorũ vidit plurimos Iudæos lachrymantes, & dixit ad principes sacerdotum Iudęorum: Non om-

nis multitudo desiderat eum mori. Dicunt seniores Iudæorum ad Pilatum: Ideo venim⁹nos & tota multitudo hic, vt moriatur. Dixit Pilat⁹ ad eos: Quare morietur. Dicunt illi: Quia dicit seipsum filiũ Dei esse & regem. Nicodemus autem quidã vir Iudæus stetit ante præsidé, & dixit: Rogo te misericors Iudex, vt digneris paucos meos audire sermones. Dixit Pilatus ei: Dic Nicodemus dixit: Ego dixi senioribus Iudæorum, & scribis, & sacerdotib⁹ & leuitis, & omni multitudini Iudæorũ in synagoga. Quid quæritis cum homine isto? Hõ iste multa signa facit, bona & gloriosa qualia nullus fecit in terra homo, nec faciet: dimittite illum, & nolite ei malum facere. Si ex Deo est, stabunt signa eius: si verò ex hominib⁹, dissoluẽtur. Quia & Moyses à Deo in Ægyptũ missus fecit signa quæ dixit illi facere Deus ante Pharaonem regem Ægipti. Erant ibi magi Iannes & Membres, feceruntque & ipsi per incantationes suas signa q̃ fecerat Moyses, sed non per omnia. Et signa quæ fecerunt Magi nó

erant ex Deo,ſicut noſtis vos Scribę & Phariſæi : perierunt ipſi qui fecerunt, & omnes qui crediderunt eis. Et nunc dimittite hominem hunc:quia ſigna de quibus eum accuſatis, ex Deo ſunt, & non eſt dignus morte.Dicunt Iudęi Nicodemo:Tu diſcipulus eius factus es,& verbum pro ipſo facis.Dixit ad eos Nicodemus:Nunquid & Præſes diſcipulꝰ eius factus eſt, & verbũ pro ipſo facit? Nunquid non conſtituit eum Cæſar ſuper dignitatem iſtam? Erant auté Iudæi trementes, quum hæc audirent, & ſtridebant ſuper Nicodemum, & dicebant ei:Veritaté ipſius accipias,& poſſeſsionem cũ Chriſto habeas. Dixit Nicodemus:Amé.Accipiam ſicut dixiſtis. Ex Iudæis quidam alius autem exiliés rogabat Præſidem,vt vellet audire verbum.Dicit Præſes: Quicquid vis dicere, dic. Ego per trigintaocto annos iacui Ieroſolymis iuxta probaticam piſcinam,patiés magnam infirmitatem, expectans ſanitatem quæ fiebat in aduentu angeli, qui turbabat aquam ſecundum tempus.Et qui prior deſcendiſſet

in aquam post commotionem aquæ, sanus fiebat ab omni infirmitate. Et inueniens ibi me Iesus languidum, dixit ad me: Vis sanus fieri? Et respódi ego: Domine non habeo hominem, vt quũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Et dixit mihi, Surge, & tolle grabatum tuum, & ambula. Et sospes factus statim tuli grabatum meum & ambulaui. Dicunt Iudæi Pilato: Domine Præses, interroga eum qualis fuerit dies, in qua languidus sanatus est. Dixit languidus sanatus Sabbathum. Dicunt Iudæi Pilato: Nónne sic docuimus, quia in sabbatho curat, & in principe dæmoniorũ dæmonia eijcit? Et alius quidem Iudæus exiens dixit: Cæcus eram, voces audiebam, & neminem videre poteram, & quum transisset Iesus, audiui turbam prætereuntem, & interrogaui, quid esset. Et dixerunt mihi, quia Iesus transiret. Et clamaui dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Et stans iussit me adduci ad se, & dixit mihi: Quid vis? Et dixi: Domine, vt videam. Et dixit mihi: Respice, & cófestim vidi, & sequutus sum

eum gaudens & gratias agens. Et alius Iudæus exiens dixit: Leprosus eram, & mundauit me solo verbo, dicens: Volo mundare. & illico mundatus sum á lepra. Et alius Iudæus exiens dixit: Curuus erã, & erexit me verbo. Et mulier quædam Veronica nomine dixit: Sanguine fluẽs eram ab annis duodecim, & tetigi fimbriam vestimẽti eius, & statim fluxus sanguinis mei stetit. Dicunt Iudæi: Legem habemus, mulierẽ ad testimonium non venire. Et quidam Iudæus post alia dixit: Vidi Iesum vocari ad nuptias cum discipulis suis, & vinum deficere in Cana Galilææ, & quũ defecisset vinum, præcepit ministris, vt implerent sex hydrias quę ibi erant, aqua, & impleuerunt vsque ad summũ. Et benedixit eas, & cõuertit aquam in vinum, & biberunt omnes gentes admirantes super hoc signũ. Et alius Iudęus stetit in medio, & dixit: Ego vidi Iesum in Capharnaum docentem in synagoga. Et in synagoga erat quidam homo habens dæmonium, & clamauit, dicẽs: Sine me. Quid nobis & tibi Iesu Naza

rene?venisti perdere nos. Scio quia tu es sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus,& dixit illi:Obmutesce spiritus immunde,& exi de homine.Et statim exiuit de isto,nihilque ei nocuit. Et posthæc quidam Pharisæus dixit: Ego vidi quod multa turba venit ad Iesum à Galilæa & Iudæa, & maritima & multis regionibus circa Iordanem,& multi infirmi veniebāt ad eum,& sanabat omnes. Et audiui spiritus immundos clamantes & dicētes:Tu es filius Dei.Et vehementer comminabatur eis Iesus, ne illum manifestarent. Posthæc quidā nomine Centurio dixit : Ego in Capharnaum vidi Iesum, & rogaui eū, dicens: Domine , puer meus iacet paralyticus in domo.Et dixit mihi Iesus:Ego veniam,& curabo eum.Et ego dixi : Domine,non sum dignus, vt intres sub tectū meum,sed tantum dic verbo,& sanabitur puer meus.Et dixit mihi Iesus : Vade,& sicut credidisti,fiat tibi,& sanatus est puer ex illa hora . Deinde quidam regulus dixit : Habebam filium in Capharnaum,qui moriebatur, & cum au-

diſſem Ieſum aduenire in Galilæã. Abij,& rogaui eum,vt deſcenderet in domum meam,& ſanaret filium meum,incipiebat enim mori.Et dixit mihi: Vade,filius tuus viuit, & ſanatus eſt filius meus ex illa hora.Et alii quidam multi ex Iudæis, & viri,& mulieres clamauerunt, dicentes: Vere filius Dei eſt iſte, qui ſolo verbo omnia ſanat, & dæmonia ei per omnia ſubijciuntur. Dicunt quidam ex ipſis: Non eſt hæc poteſtas niſi à Deo.Dixit Pilatus Iudæis: Quare vobis docentibus dæmonia nõ ſubiiciuntur?Dicũt quidam ex ipſis: Non eſt hęc poteſtas niſi à Deo,vt dęmonia ſubiiciantur.Alij autem dixerunt Pilato: Quia Lazarum mortuum ſuſcitauit poſt quatriduum de monumento. Audiens hæc præſes tremefactus dixit ad multitudinem Iudæorum:Quid vobis proderit, quod effundatis ſanguinem innocentem? Et conuocans Pilatus Nicodemum & quindecim viros,qui dixerunt, quoniam non eſt natus ex fornicatione,dicit ad eos: Quid faciã,quoniam ſeditio fit in populo?Dicunt ei il

li: Nescimus. Ipsi videant qui seditionem commouent. Iterum Pilatus conuocans multitudinem, dixit eis: Scitis, quia vobis consuetudo est per diem azimorum, vt dimittam vobis vnum vinctum. Habeo vnum insignem vinctum homicidam, qui dicitur Barrabas, & Iesum qui dicitur Christus, in quo nullam caussam mortis inuenio. Quem ergo vultis ex his duobus dimitti? Clamauerunt autem omnes dicentes. Barrabam dimitte nobis. Dicit eis Pilatus: Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur. Iterum clamant, dicentes Pilato: Non es amicus Cæsaris, si hunc dimittis, quia dixit se filium Dei esse & regem. An forte vis hunc esse, & non Cæsarem? Tunc repletus furore Pilatus dixit ad eos: Semper gens vestra seditiosa fuit, & qui profuerunt contrarii eis fuistis. Responderunt Iudæi: Qui sunt qui fuerunt pro nobis? Dicit eis Pilatus: Deus vester qui eruit vos de dura seruitute Ægyptiorum, & transduxit per mare rubrum, sicut per aridam, &

in heremo cibauit vos manna & carne coturnicum,& aquam de petra produxit,& legem de cælo vobisdedit : & in omnibus irritaſtis Deum veſtrum, & quæſiuiſtis vobis vitulum facere conflatilem,& adoraſtis,&immolaſtis,& dixiſtis:Iſti ſunt dii tui Iſrael,qui te eduxerũt de terra Ægypti, & voluit Deus veſter diſperdere vos, & deprecat⁹ eſt Moyſes pro vobis,vt non moreremini, & audiuit Deus veſter eum,& tranſtulit peccatum veſtrum. Deinde exacerbati, voluiſtis occidere Prophetas veſtros Moyſen & Aaron, quando fugerunt in tabernaculum, & ſemper contra Deum & eius Prophetas murmuraſtis.Et exurgés de tribunalivoluit exire foras.Clamauerũt autem omnes Iudæi: Regem ſcimus eſſe Cæſarem, non Ieſum.Nam quando hic natus eſt,tunc Magi venerunt, & ei munera obtulerunt. Quod quum audiſſet Herodes, turbatus eſt valde, & voluit eum occidere. Quod quum cognouiſſet pater eius,fugit in Ægyptum cum matre ſua Maria. Herodes quum audiſſet eum eſ

ſe natum, voluit eum occidere, & mittens occidit omnes pueros qui erãt in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra. Audiens Pilatus hæc verba, timuit, & ſilentio facto in populo qui clamabat, dixit ad Ieſum: Ergo rex es tu? Dicunt ad Pilatum omnes Iudæi: Iſte eſt quem Herodes quærebat occidere. Accipiens autem Pilatus aquam, lauit manus ſuas coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Vos videritis. Et reſponderunt Iudæi, dicentes: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Tũc iuſſit Pilatus adduci Ieſum ante ſe, & proſequutus eſt eum his verbis, Genus tuum comprobauit te vt regem. Propter quod ego Pilatus, præcipio flagellari te ſecundum ſtatuta priorum principũ, & in principio te alligari, & in cruce ſuſpendi, in eo loco vbi tentus es, & duos malignos tecum, quorum nomina ſunt hæc, Dimas & Geſtas. Et exiuit Ieſus de prætorio, & duo latrones cum eo. Et quũ perueniſſent ad locum qui dicitur Golgata, expoliauerunt eum

vestimento suo,& præcingunt eum lintheo, & coronam de spinis imponunt super caput eius,&dant arundinem in manu eius. Similiter & duos latrones suspendunt cum eo,Dimas à dextris,& Gestas à sinistris eius.Iesus vero dixit: Pater mi parce illis, quia nesciũt quid faciunt.Et diuiserunt vestimenta eius, super vestem eius mittentes sortem.Et steterunt populi,& irridebant eũ principes sacerdotum, & seniores Iudæorum,dicentes: Alios saluos fecit,nunc seipsum saluum faciat,si potest.Si filius Dei est,descendat nunc de cruce. Deludebant ergo eum milites,& accipientes acetum & fel,offerebant ei bibere, & dicebãt ad illum:Si tu es rex Iudæorum,libera temetipsum.Accipiens autem Longinus miles lanceam, aperuit latus eius, & continuo exiuit sanguis & aqua.Scripsit autem Pilatus titulum super crucem literis Hebraicis,& Latinis,& Græcis,continentem hęc:Hic est rex Iudęorum.Vnus autem de duobus latronibus,qui crucifixi erant cum Iesu,nomine Gestas,dixit ad Iesum:Si tu

es Christus, libera teipsum & nos. Respondens autem latro, qui à dextris eius suspẽsus erat, nomine Dimas, increpauit eum, & dixit: Non times tu Deũ, qui in hoc iudicio es ex damnatis? Nos autem digne & iuste secundum ea quæ fecimus, recepimus mercedem. Hic autem Iesus quid mali fecit? Et post hæc suspirans, dixit ad Iesum: Memẽto mei domine, dum veneris in regnum tuum. Respondit autem Iesus, dixit ad illum: Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso. Erat autem hora quasi sexta, & tenebræ factę sunt super vniuersam horam vsque ad horam nonam. Sole autem obscurante, ecce velum templi scissum est à summo vsque deorsum, & petræ scissæ sunt, & monumẽta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierunt, surrexerunt. Et circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna, dicens: Hely Hely, Lamazabathani, quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. Et post hæc dicit Iesus: Pater in manus tuas cõmendo spiritum meũ.

Et hæc dicens emisit spiritum. Videns autem Centurio, quia Iesus sic clamans emisisset spiritum, glorificauit Deum, & dixit: Vere hic homo iustus erat. Et omnes populi circũstantes conturbati sunt vehemẽter ad spectaculum illud, & considerantes quæ facta sunt, percusserunt pectora sua, & tunc reuertebantur in ciuitatem Ierusalem. Centurio veniens ad præsidem retulit illi omnia quæ facta sunt. Quum autẽ præses audiuisset omnia quæ facta erant, contristatus est nimis, & conuocans omnes Iudęos simul, dixit ad illos: Vidistis signa quæ facta sunt in sole, & cætera omnia quæ facta sunt, dum Iesus moriebatur? Quod quum audissent Iudæi responderunt præsidi: Eclypsis factus est solis secundum veterem consuetudinem. Stabant autem omnes noti eius a lõge: similiter & mulieres quæ sequutæ fuerant Iesum à Galilæa, hæc videntes. Et ecce vir quidam ab Arimathia, nomine Ioseph, qui etiam erat discipulus Iesu, occulte tamẽ ꝓpter metum Iudæorum, venit ad præsidem, ro

gauitque præsidem, vt permitteret illi, vt tolleret corp⁹ Iesu de cruce. Et pręses permisit. Venit autem Nicodemus ferens secum mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum, & deposuerunt Iesum cum lachrymis de cruce, & ligauerunt illud in lintheis cum aromatibus, vt mos sepeliendi est Iudæis: & posuerunt illud in monumentũ nouum, quod Ioseph construxerat, & de petra excidi curauerat, in quo nullus homo positus fuerat, & aduoluerunt saxum magnum ad ostium speluncæ.

AVdientes autem iniqui Iudæi, quia corpus Iesu petiit & sepeliuit, quęrebãt & Nicodemum & istos quindecim viros, qui dixerunt ante præsidem, quia non est natus de fornicatione, & alios bonos qui opera bona declarauerant. Omnibus autem occultatis prę timore Iudęorum, solus Nicodemus ostendit se eis. Quomodo isti ingressi synagogam? Et responderunt ei Iudæi: Et tu quomodo ausus es ingredi synagogam, quia consentiens Christo eras? Pars illius tecũ fiat in fu-

turo ſeculo. Et reſpondit Nicodemus, Amen. Sic fiat vt pars mihi cũ iſto in regno ſuo. Similiter & Ioſeph, quũ aſcendiſſet ad Iudæos, dixit eis: Quare contriſtati eſtis aduerſum me, quia petii à Pilato corpus Ieſu? Ecce in monuméto meo poſui eum, & inuolui in ſindone munda, & appoſui lapidé magnum ad oſtiũ ſpelũcæ. Ego bene egi circa iſtũ, vos enim non bene egiſtis aduerſus iuſtum vt eũ crucifigeretis, ſed aceto potaſtis eum, & ſpinis eum coronaſtis, & flagellis laceraſtis eum, & ſanguinem eius imprecati eſtis. Hęc audientes Iudęi cótriſtati ſunt animo, & cóturbati. Et apprehenderunt Ioſeph, & iuſſerũt eũ cuſtodiri ante dié ſabbathi vſq; poſt diem ſabbathorum. Et dixerunt ei: Agnoſce, quia hac hora non cópetit aliquid agere aduerſũ te mali, donec primum ſabbathum illuceſcat. Scimus autem, quia nec ſepultura dign⁹ eris, ſed dabimus carnes tuas volatilibus cęli & beſtiis terræ. Reſpondit Ioſeph: Iſte ſermo ſimilis eſt Golię ſuperbo, qui exprobrauit Deum viuum aduerſus ſanctum

Dauid. Scitis autem vos Scribæ & doctores, quia Deus dicit per Prophetã: Mihi vindictam, & ego retribuam, mihi tantum quod promittitis malum: potés est Deus quem in cruce suspendistis, eripere me de manu vestra. Super vos omne facinus veniet. Præses enim quando lauit manus suas, dixit: Mũdus sum ego á sanguine iusti huius. Et vos respondẽtes clamastis: Sanguis eius super nos & super filios nostros: sicut dixistis, & pereatis in æternum. Audientes autem Iudæi sermones istos, exacerbati sunt animo nimis. Et apprehendentes Ioseph, incluserunt eum in cubiculum vbi non erat fenestra. Signauerũt ostium cubilis super clauem, Annas & Caiphas custodes posuerunt, & consilium fecerunt cum sacerdotibus & leuitis, vt congregarentur omnes post diem sabbathi. Et cogitauerũt quali morte occiderent Ioseph. Hoc facto iusserunt principes Annas & Caiphas præsentari Ioseph. Hęc audiens omnis congregatio, admirãtes obstupuerũt, quia signa tam inuenerunt clauem cubicu-

li,nec inuenerunt Ioſeph.Annas &Cai phas abierunt. Hæc omnibus admirantibus,ecce quidam de militibus qui ſepulchrum cuſtodiebãt,in ſynagoga dixit:Quia nobis cuſtodientibus monumentum Ieſu, facta eſt terræmotio , & vidimus angelum Dei quomodo reuoluit monumenti lapidem,& ſedebat ſuper eum:& aſpectus eius erat ſicut fulgur , & veſtimentum eius ſicut nix . Et præ timore effecti ſumusvelut mortui. Et audiuimus angelum dicentem mulieribus ad ſepulchrum Ieſu:Nolite timere, ſcio quod Ieſum quæritis crucifixum:hic ſurrexit,ſicut prædixit.Venite & videte locum vbi poſitus erat , & cito euntes dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit à mortuis , & præcedet vos in Galilæam:ibi eum videbitis,ſicut dixit vobis.Et conuocantes Iudæi omnes milites qui cuſtodierãt monumentum Ieſu,dixerunt eis: Quæ ſunt mulieres illæ ad quas angelus loquutus eſt:Quare eas non tenuiſtis? Reſpondentes milites dixerunt:Mulieres neſcimus quæ fuerũt,& nosvt mortui facti ſumus pre

timore angeli, & quomodo potuiſſemus apprehendere mulieres illas? Dixerunt illis Iudęi: Viuit dominus, quia non credimus vobis. Reſpondentes milites, dixerunt Iudæis: Tanta miracula facientem Ieſum vidiſtis, & audiſtis, & non creditis ei, quomodo nobis credituri eſtis? Bene quidem dixiſtis: Viuit dominus, & vere viuit ipſe dominus. Nos audiuimus quia ipſum Ioſeph qui ſepeliuit corpus Ieſu, incluſiſtis in cubiculo, ſuper clauem ſignantes, & aperientes non inueniſtis eum. Date ergo vos Ioſeph quem in cubiculo cuſtodiſtis, & nos dabimus Ieſum quē in ſepulchro cuſtodiuimus. Reſpōdētes Iudęi dixerūt: Ioſeph nos dabimus, date nobis Ieſum. Ioſeph autē in ciuitate ſua Arimathia eſt. Reſpondētes milites, dixerūt: Si Ioſeph in Arimathia eſt, & Ieſus in Galilęa eſt, ſicut audiuim⁹ ab angelo dicente mulieribus. Hæc audientes Iudęi timuerunt, dicentes ad ſemet ipſos. Nequando audientes ſermones iſtos omnes credent in Ieſum. Et congregantes pecuniā multam, dederunt

militibus, dicentes: Dicite, quia vobis dormientibus, venerunt discipuli Iesu nocte, & furati sunt corpus Iesu. Et si hoc auditũ fuerit à Pilato præside, nos satisfaciemus pro vobis, & securos vos faciemus. Milites vero accipiẽtes sicut dixerunt, vt à Iudęis mirati sunt, & diffamatus est omnib⁹ sermo illorũ. Quidam autem sacerdos nomine Phinees, & Ada pręceptor, & leuita nomine Ageus, isti tres venerũt de Galilęa in Ierusalem, & dixerunt principibus sacerdotum, & omnibus qui in synagogis erant: Quia Iesum crucifixistis, quem vidimus cum vndecim discipulis suis loquentem, & sedentem in medio eorum in monte Oliueti, & dicentem eis: Euntes in mundum vniuersum, pręedicate omnibus gentibus, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic saluus erit. Et quum hęc loquut⁹ fuisset discipulis suis, vidimus eum ascendentẽ in cęlũ. Et hęc audientes principes sacerdotum, & seniores, & leuitæ, dixerunt tribus viris illis:

Date gloriam Deo Israel,& date ei con
fessionem, si vera sunt quæ vidistis &
audistis. Illi autem respondentes, dixe-
rũt: Viuit dominus patrum nostrorum,
Deus Abraham,& Deus Isaac, & Deus
Iacob, sicut audiuimus loquentem Ie-
sum cum discipulis suis, & sicut vidi-
mus eum ascendentem in cælum, sic ve
ritatem dicimus vobis. Et respondentes tres viri, dixerunt: Et superaddentes sermones hos iidem tres viri, dixe-
runt: Si verba quæ audiuimus ab Iesu,
& quod vidimus eum ascendentem in
cælos taceamus, peccatum habebimus.
Statim exurgentes principes sacerdo-
tum tenentes legem domini adiurauerunt contra eos, dicentes: Iam enim am
plius non nuncietis verba quæ loquu
ti estis de Iesu, & dederunt eis pecuni-
am multam. Et miserunt cum eis alios
viros qui ducerent eos vsque in regio-
nem suam, vt nullo modo starent in Ie-
rusalem. Congregati sunt ergo omnes
Iudæi,& fecerunt inter se magnam la-
mentationem, dicentes: Quid est hoc
signum quod factum est in Ierusalem?

Annas autem & Caiphas consolantes eos, dixerunt: Nunquid militibus qui custodierunt monumentum Iesu debemus credere, dicentibus nobis quoniam angelus reuoluit lapidem de ostio monumenti? Forsitan hæc discipuli eius dixerunt eis, & dederũt pecuniam vt hæc dicerent, & tollerent corpus Iesu. Hoc autem scitote, quod nõ est credendum vllo modo alienigenis, quia & à nobis acceperunt pecuniã copiosam. Et secundum quod docuimus eos dicere, sic omnibus dixerunt. Aut nobis habent tenere fidem, aut discipulis Iesu. Exurgens vero Nicodemus, dixit: Recte loquimini filij Israel. Vos audistis omnia quæ loquuti sunt tres illi viri iurantes in lege domini. Qui dixerunt: Vidimus Iesum loquentem cum discipulis suis super montem Oliueti, & vidimus eum ascendẽtem in cælum. Et docet nos scriptura quod beat⁹ Helias Propheta assumptus est: & interrogatus Heliseus à filijs Prophetarũ, Vbi est pater noster Helias? Dixit eis, quia assumptus est. Et dixerunt filij Prophe

tarum ad eum: Forſitan ſpiritus rapuit illum in montibus Iſrael.Sed eligamus viros nobiſcum, & circuneuntes montes Iſrael forſitan inueniemus eum. Et deprecati ſunt Heliſeum, & ambulauit cum illis tribus diebus,& non inuenerunt eum.Et nũc audite me filij Iſrael, & mittamus viros in montes Iſrael, ne fortè rapuerit ſpiritus IESVM,& forſitan inueniemus eum,& agemus pœnitentiam.Et placuit omni populo conſiliũ Nicodemi,& miſerũt viros, & quærentes non inuenerunt IESVM,& reuerſi dixerunt: Circuneuntibus nobis nõ inuenimus IESVM, ſed inuenim⁹ Ioſeph in ciuitate ſua Arimathia . Hæc audientes principes & omnes populi, gauiſi ſunt. Et glorificauerunt Deũ Iſrael,quia inuẽtus eſt Ioſeph , quem incluſerunt in cubiculo , & non inuenerunt.Et facientes congregationem magnam,dixerunt principes ſacerdotum: Quo ordine poſſim⁹ adducere Ioſeph ad nos & loqui cũ eo?Et tollentes thomum chartæ ſcripſerunt ad Ioſeph, dicentes:Pax tecum,& omnibus qui tecũ

ſunt. Scimus quia peccauimus tibi & in Deum. Dignare ergo venire ad patres tuos, quia admirati ſumus de aſſumptione tua. Scimus quia malignum conſilium habuimus aduerſum te, & domin⁹ ſuſcepit te, & ipſe dominus liberauit te de conſilio noſtro. Pax tibi Ioſeph honorabilis ab omni plebe. Et elegerunt ſeptem viros amicos Ioſeph, & dixerũt ad eos: Dum perueneritis ad Ioſeph, ſalutate eum in pace dantes ei epiſtolã. Et peruenientes viri ad Ioſeph ſalutantes eum, pacifice dederunt ei libellum epiſtolę. Et quum legiſſet Ioſeph, dixit: Benedictus dominus Deus qui liberaſti me ab Iſrael, vt non effunderet ſanguinem meum. Benedictus Deus qui protexiſti me ſub alis tuis, & oſculatus eſt eos Ioſeph, & ſuſcepit in domum ſuam. Alia autem die aſcendens Ioſeph aſinum ſuum ambulauit cum illis, & perrexerunt in Ieruſalẽ. Et quũ audiſſent hęc omnes Iudęi, occurrerũt ei obuiam clamantes & dicentes, Pax in introitũ tuum pater Ioſeph. Quibus reſpondens, ait: Pax dñi omni populo.

Et osculati sunt eum omnes . Et suscepit eum Nicodemus in domum suam, faciens magnam susceptionem. Alia autem die parasceue Annas & Caiphas & Nicodemus, dixerũt ad Ioseph: Da cõfessionem Deo Israel, & manifesta nobis omnia de quibus interrogatus fueris, quia contristati sumus, eo quod sepelisti corpus domini Iesu, includentes te in cubiculo , non inuenimus te, & admirati sumus nimis, & pauor nos comprehendit vsque dum te suscepimus præsentem. Coram Deo ergo manifesta nobis quod factum est. Respondens autem Ioseph, dixit : Bene reclusistis me in die parasceue advesperum. Quum starem in oratione mea die sabbathi media nocte, suspensa est domus à quatuor angelis , & vidi Iesum sicut fulgorem lucis, & præ timore cecidi in terram. Iesus autem tenens manũ meam, eleuauit me de terra, rosaque perfudit me . Et extergens faciem meam, osculatus est me, & dixit mihi: Noli timere Ioseph, respice in me, & vide quia ego sum. Ego auté respexi, & dixi: Rab

boni Helias. Et dixit ad me, Non ſum Helias ego, ſed ſum Ieſus Nazarenus, cuius corpus ſepeliſti. Ego autem dixi ad eum, Oſtende mihi monumentum, vbi poſui te. Ieſus vero tenens manum meam, deduxit me in locum vbi poſui eum, & oſtendit mihi ſindonem & faſciale, in quo caput eius inuoluerã. Tũc cognoui quia Ieſus eſt, & adoraui eum, & dixi, Benedictus qui venit in nomine domini. Ieſus vero tenens manum meam, duxit me in Arimathiam in domum meam, & dixit mihi, Pax tibi, & vſque in quadrageſimum diem non exeas de domo tua. Ego autem ambulo ad diſcipulos meos. Quum hæc omnia audiſſent principes ſacerdotum, & cæteri ſacerdotes & leuitæ, ſtupefacti ſunt, & velut mortui ceciderunt in facies ſuas in terram, & exclamantes ad ſe dixerunt, Quid eſt hoc ſignũ quod factum eſt in Ieruſalem? Nouimus patrem & matrem Ieſu. Dixit & quidam leuita, Ego cognoui multos de cognatiõe ſua timẽtes Deum, & cum orationibus ſemper in templo hoſtias & holocauſta of-

ferentes Deo Iſrael. Et quando ſuſcepit eũ magnus ſacerdos Simeon tenens in manibus, dixit ad eum: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundũ verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omniũ populorũ. Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Similiter & ipſe Simeon benedixit Mariã matrem IESV, & dixit ei: Annuncio tibi de puero iſto, Hic poſitus eſt in ruinam & in reſurrectioné multorũ, & in ſignum contradictionis. Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius, & reuelabuntur de multis cordibus cogitationes. Tunc dixerũt oés Iudęi: Mittamus ad illos tres viros, qui dixerũt ſe eum vidiſſe colloquenté cum diſcipulis ſuis in monte olíueti. Hoc facto, interrogauerũt eos quæ vidiſſent. Qui reſpondétes vno ore dixerũt: Viuit dominus Deus Iſrael, quia manifeſte vidimus Ieſum colloqueté cũ diſcipulis ſuis in mõte olíueti, & aſcendété in cælũ. Tũc Annas & Caiphas ſegregauerunt eos ab inuicem, & interrogaue

runt eos ſigillatim. Qui vnanimiter veritatem confitentes dixerunt ſe vidiſſe IESVM. Tũc Annas & Caiphas dixerunt: Lex noſtra cõtinet: In ore duorũ vel trium teſtium ſtat omne verbũ. Sed quid diximus? Beatus Enoch placuit Deo, & tranſltus eſt verbo Dei, & beati Moyſi ſepultura non inuenitur. Ieſus autẽ traditus eſt Pilato, flagellatus, cõſputus, ſpinis coronatus, lancea percuſſus, & crucifixus, in ligno mortuus & ſepultus eſt. Et corp⁹ eius pater honorabilis Ioſeph ſepeliuit in ſepulchro nouo, & teſtificatus eſt eũ vidiſſe viuum. Et tres viri illi teſtificati ſunt vidiſſe eũ colloquentẽ cum diſcipulis ſuis in mõte Oliueti, & aſcendentem in cælum. Exurgens autem Ioſeph, dixit ad Annam & Caipham: Vere & bene admiramini, quoniam audiſtis quod viſus eſt IESVS de morte viuus aſcendiſſe in cælum. Vere admirandum eſt quia non ſolum reſurrexit à mortuis, ſed etiam de monumentis reſuſcitauit mortuos, & à multis viſi ſunt in Ieruſalem. Et nunc audite me,

quia omnes cognouimus beatũ Simeonem ſacerdotem magnum, qui ſuſcepit in manib9 ſuis Ieſum infantem in templo. Et ipſe Simeon habuit duos filios germanos fratres, & nos omnes in dormitione & in ſepultura eorum fuimus. Ambulate ergo, & videte monumenta eorum, aperta enim ſunt, quia ſurrexerunt, & ecce ſunt in ciuitate Arimathia ſimul viuentes in orationib9. Quidam audiunt clamãtes, cum nemine tamen loquentes, ſed vt mortui ſilentes. Sed venite ambulemus ad iſtos cum omni honore & moderatione, perducamus eos ad nos. Et ſi adiurauerim9 eos, forſitan loquentur nobis de reſurrectione eorum myſteria quædam. Hæc audientes Iudæi, gauiſi ſunt omnes valde, & euntes Annas & Caiphas, Nicodemus & Ioſeph, & Gamaliel non inuenerunt eos in ſepulchris eorũ, ſed ambulantes in ciuitaté Arimathia, ibi eos inuenerunt in oratione flexis genibus intentos. Et oſculantes eos cum omni veneratiõe & timore Dei, perduxerũt eos Ieruſalem in ſynagogam. Et clauſis

ianuis tollentes legem domini, & ponentes eam in manibus eorum, adiurauerũt eos per Deum Adonai, & Deum Iſrael, qui per legem & Prophetas loquutus eſt patribus noſtris, dicentes, Si ipſum eſſe creditis Ieſum qui vos ſuſcitauit à mortuis. Dicite nobis quod vidiſtis, & quomó reſuſcitati eſtis à mortuis? Hãc adiurationem audientes Charinus & Lenthius, contremuerunt corpore, & conturbati corde gemuerunt. Et ſimul reſpicientes in cælũ, fecerunt ſignaculũ crucis digitis ſuis in linguis ſuis. Et ſtatim ſic loquuti ſunt, dicẽtes, Date nobis ſingulos thomos terræ, & ſcribemus vobis omnia quæ vidimus. Et dederunt eis. Et ſedẽtes ſinguli ſcripſerunt, dicentes, Domine Ieſu & pater, Deus mortuorum, reſurrectio & vita, permitte nobis loqui myſteria tua, quæ poſt mortem crucis tuæ vidimus, quia per te adiurati ſumus. Tu enim prohibuiſti ſeruis tuis, ne referrent ſecreta diuinæ maieſtatis tuæ, quæ apud inferos feciſti.

NOs autẽ quum eſſemus cũ patribus noſtri poſiti in ꝓfundo inferni : in caligine tenebrarum, ſubito factus eſt aureus ſolis calor, purpureaque realis lux illuſtrãs, ſtatim omnis generis humani pater Adam cum omnibus Patriarchis & Prophetis exultauerunt, dicentes: Lux iſta auctor luminis ſempiterni eſt, quæ nobis promiſit tranſmittere lumen coæternum . Et exclamauit Iſaias Propheta , & dixit: Hæc eſt lux patris & filij Dei,ſicut prędixi,quum eſſem in terris,viuus. Terra Zabulon & terra Nephthalim trãs Iordanẽ, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Et qui habitabãt in regione vmbrę mortis,lux orta eſt eis.Et nunc aduenit & illuxit nobis in morte ſedentibus.Et quum exultaremus oẽs in lumine quod ſuperluxit nobis,ſuperuenit nobis,genitor noſter Simeon , & exultãs omnibus dixit: Glorificate dominũ IESVM Chriſtũ filiũ Dei,quẽ ego in manib⁹ meis ſuſcepi infantẽ in templo, & cõpulſus à ſpi-

ritu ſancto, dixi ad eũ confeſſus: Quia nunc viderunt oculi mei ſalutare tuũ. Quod paraſti ante faciẽ omniũ populorũ. Lumen ad reuelationẽ gentiũ, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Hæc audientes oẽs ſancti qui erãt in profundo inferni, plus exultauerunt. Et poſt hęc ſuperuenit quaſi heremitula, & interrogatur ab omnibus: Quis es tu? Quibus reſpondens dixit: Ego ſum vox clamãtis in deſerto. Ioannes Baptiſta, & Propheta altiſsimi præiẽs ante faciẽ aduẽtus eius præparare vias eius. Ad dandã ſcientiã ſalutis plebi eius in remiſsionem peccatorũ illorũ. Et ego Ioannes vidẽs IESVM venientẽ ad me, cõpulſus ſum à ſpiritu ſancto, & dixi: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pctã mũdi. Et baptizaui eũ in flumine Iordanis, & vidi ſpiritũ ſanctũ deſcendentẽ ſuper eũ in ſpecie columbæ. Et audiui vocẽ de cælo dicẽtẽ: Hic eſt filius meus dilect⁹, in quo mihi bene cõplacui, ipſum audite. Et nũc præuiante me ante faciẽ ei⁹, deſcendi annũciare vobis, quia in ꝓximo viſitauit nos ipſe fili⁹ eius Dei ori-

ens ex alto, veniés ad nos in tenebris, & in vmbra mortis. Quum autem hæc audisset pthoplastus Adam pater, quia in Iordane baptizatus est Iesus, exclamauit ad filium suũ Seth, Enarra filiis tuis Patriarchis & Prophetis õnia quęcunque audisti à Michaele archangelo, quando te transmisi ad portas paradisi, vt deprecareris Deum, & vngeret caput meum quũ essem infirmus. Tunc Seth appropinquans sanctis Patriarchis & Prophetis, dixit, Ego Seth quum essem orans dominum ad portas paradisi, ecce angelus domini Michael apparuit mihi dicens, Ego missus sum ad te à domino, ego sum cõstitutus super corpus humanum. Tibi dico Seth, noli in lachrymis Deum orare & deprecari propter oleum misericordiæ ligni, vt perungas patrem tuum Adam pro dolore capitis eius, quia nullo modo poteris ex eo accipere, nisi in nouissimis diebus & temporibus, nisi quãdo completi fuerint quinq; milia & quingenti anni, tunc veniet super terram amantissimus Dei filius Christus resuscitare

corpus humanum Adæ, & conresuscitare corpora mortuorum,& ipse veniens in Iordanis aqua baptizabitur. Et quum egressus fuerit de aqua Iordanis,tunc de oleo misericordiæ suæ vnget ex eo omnes credentes in se,& erit oleum misericordiæ suæ in generationem eorum qui nascituri sunt ex aqua & spiritu sancto, in vitam æternam. Tunc descendens in terras amantissimus Dei filius Christus Iesus,introducet patrem nostrum Adã in paradisum ad arborem misericordiæ. Hæc autem omnia audientes à Seth Patriarchæ omnes & Prophetæ, exultauerunt magis.Et quum exultarent sancti omnes, ecce sathan princeps & dux mortis,dixit ad principem inferorũ, Appara suscipere ipsum Iesum Nazarenum, qui gloriatur se filiumDei esse,& est homo timens mortem,& dicens, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et multa mihi mala inferens, & pluribus aliis, quos ego cæcos feci, & claudos, insuper & quos ego variis dæmoniis vexaui, ipse verbo sanauit. Et quos ad te

mortuos perduxi, hos ipſe à te abſtraxit. Reſpondens autẽ princeps inferorum, ad ſathan, dixit: Quis eſt iſte princeps tam potens, quũ ſit homo mortem timens? Oẽs enim potentes terræ mea poteſtate ſubiecti tenẽtur, quos tu ſubiectos perduxiſti tua potentia. Si ergo potens eſt in humanitate, verè dico tibi, omnipotẽs eſt & in diuinitate, & potẽtiæ ei⁹ nemo poteſt reſiſtere. Et quũ dicit ſe timere mortẽ, capere te vult, & væ tibi erit in ſempiterna ſæcula. Reſpondẽs autẽ ſathan dixit ad principẽ tartari: Quid dubitaſti & timuiſti ſuſcipere illum IESVM Nazarenũ aduerſarium tuũ & meũ? Ego enim tentaui illum, & populũ meũ antiquũ Iudaicum excitaui zelo & ira aduerſus eũ. Lãceã exacui ad paſsionẽ eius, fel & acetũ miſcui, & iuſsi ei dare potũ, & lignũ præparaui ad crucifigendum eũ; & clauos ad perforandum manus eius & pedes, & in proximo eſt eius mors, & perducã eum ad te ſubiectum mihi & tibi. Reſpondens autem princeps tartari dixit: Tu mihi dixiſti, quia ipſe eſt qui mor-

tuos à me abstraxit. Qui hîc detenti sunt, dũ viuerent in terris, non suis potentijs sed diuinis precib⁹ ablati sunt, & omnipotẽs eorũ Deus abstraxit eos à me. Quis ergo est iste Iesus Nazarenus, qui suo verbo mortuos à me traxit sine precibus? Forsitan ipse est qui Lazarum quatuor diebus mortuũ, fœtentem & dissolutum, quem ego mortuum detinebam, rediuiuũ suo imperio à me traxit. Respondens sathan ad principẽ inferorum, dixit: Ipse est ille IESVS Nazarenus. Hæc audiens princeps inferorũ, dixit ad eum: Adiuro te per virtutes tuas & meas ne perducas eum ad me. Ego enim tunc quando audiui imperiũ verbi eius, cõtremui timore perterritus, & omnia officia mea impia simul mecũ conturbata sunt, nec ipsum Lazarum retinere potuimus, sed excutiens se per omnem malignitatẽ & celeritatẽ salu⁹ exiuit à nobis, & ipsa terra q̃ tenebat Lazari corp⁹ mortuũ, statim reddidit viuũ. Ego aũt nũc scio quod hęc ita potuit facere Deus omnipotẽs, qui potẽs est in imperio suo, & potens

in humanitate, qui & ſaluator eſt generis humani. Hunc ergo ne perduxeris ad me, omnes enim illos quos hîc detineo ſub incredulitate carceris clauſos, & vinculis peccatorum conſtrictos, ſoluet, & ad æternam vitam ſuę diuinitatis perducet. Et quum hæc adinuicem loquerentur ſathan & princeps inferni, ſubito facta eſt vox vt tonitruum, & ſpiritualis clamor, Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Hæc autem quum audiſſet princeps tartari, dixit ad ſathã, Recede à me, & exi de meis ſedibus foras, ſi potens es præliator, pugna aduerſum regẽ glorię. Sed quid tibi cum iſto? Et eiecit foras ſathan de ſedibus ſuis. Et dixit princeps ad ſuos impios miniſtros, Claudite portas crudeles æreas, & vectes ferreos ſupponite, & fortiter reſiſtite, ne captiui ducamur in captiuitatem. Hæc autem audiens omnis multitudo ſanctorum, cum magna voce increpationis dixerunt ad principem inferorũ, Aperi portas tuas vt intret rex gloriæ. Et exclamauit di-

uinus ille Propheta Dauid,dicẽs,Nõn
ne quum essem viuus in terris benevo
bis prædixi?Confiteantur domino mi-
sericordiæ eius , & mirabilia eius filijs
hominum.Quia contriuit portas ære-
as,& vectes ferreos confregit.Suscepit
eos de via iniquitatis eorum , propter
iniustitias enim suas humiliati sunt.Et
post hæc alius Propheta,videlicet san-
ctus Isaias , similiter ait ad omnes san-
ctos , Nõnne quum essem in terris vi-
uus,bene prædixi vobis? Exurgẽt mor
tui & resurgẽt qui in monumẽtis sunt,
& exultabunt qui in terris sunt , quo-
niam rex qui est à domino , sanitas est
illis.Et iterum dixi,Vbi est mors victo
ria tua?Vbi est mors stimulus tuus?Hęc
autem audientes omnes sancti ab Isa-
ia, dixerunt ad principem inferorum,
Aperi nunc portas tuas , & vectes fer-
reos submoue quoniam iam vinctus e-
ris,& nullius potentiæ Et facta est vox
magna tanquam sonus tonitrui, dicẽs,
Attollite portas principes vestras,& e-
leuamini portæ infernales,& introibit
rex gloriæ.Videns autem princeps in-

ferorum quod duabus vicibus clamauerat, quasi ignorãs, dicit: Quis est iste rex gloriæ? Dauid vero respondens ad principem inferorum dixit: Ista verba clamoris cognosco, quoniam ego eadẽ per spiritum eius vaticinatus sum. Et nunc quæ supra dixi, dico tibi: Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, ipse est rex gloriæ, & ipse dominus in cælo & in terra prospexit, vt audiret gemitus compeditorum, & vt solueret filios interemptorum. Et nũc spurcissime & fœditissime princeps inferi, aperi portas tuas, vt intret rex gloriæ, quia ipse dominus est cęli & terrę. Hæc dicente Dauid ad principem infe rorũ, superuenit in forma hominis dominus maiestatis, & æternas tenebras illustrauit, & indissolubilia vincula dis rupit, & inuincibili virtute visitauit sedentes in profundis tenebris delictorum, & in vmbra mortis peccatorum. Hæc audiens mors impia cum crudelibus ministris suis, expauerunt in proprijs regnis agnita luminis claritate, dũ Christum in suis repente sedibus vi-

derunt constitutum,exclamauerunt dicentes:Vincti iam sumus à te,ad dominum dirigis confusionem nostrã.Quis es tu, qui sine exitio corruptiõis incorruptum argumentum maiestatis fulgores habes contemnens? Quis es tu tam potens aut impotés,magnus & paruus, humilis & excelsus miles,qui imperare potest in forma serui, vt humilis prçliator? Et rex gloriæ mortuus & viuus, quem crux portauit occisum,qui mortuus iacuisti in sepulchro,viuus ad nos descendisti. Et in tua morte cõtremuit omnis creatura,& vniuersa sidera commota sunt,& nunc factus es inter mortuos liber, & legiones nostras perturbas. Quis es tu, qui illos qui originali peccato adstricti detinentur, absoluis captiuos,&in libertatem pristinã reuocas? Quis es tu,qui peccatorum tenebris excæcatos, diuina & splendida & lucifera luce perfundis?Similiter & omnes legiones dæmonum, simili perterritæ pauore, pauida subiectiõe vna voce clamauerũt dicẽtes:Quomodo & vnde tu Iesu Christe, tam fortis homo,

& ſplendidus in maieſtate, tam præcla rus ſine macula, & mundus à crimine? Ille enim mundus terrenus, qui nobis ſubiectus fuit ſemper vſque nunc, qui in terris vſibus tributa perſoluebat, nunquam nobis talem mortuum homi nem tranſmiſit, nunquam talia munera principibus inferorum deſtinauit. Quis ergo es tu, qui ſic intrepidus noſtros fines ingreſſus es, & nõ ſolum no bis ſupplicia magna inferre non vereris, ſed inſuper de noſtris vinculis omnes auferre conaris? Forſitan tu es ille Ieſus, de quo nũc ſathan ad principem noſtrum dicebat, quod per mortẽ tuam crucis totius mortis poteſtatem accepturus eſſes? Tunc gloriæ dominus conculcans mortem, & comprehẽdens principem inferorum, priuauit omni ſua poteſtate, & attraxit patrem noſtrũ terrenum ad ſuam claritatẽ. Tunc principes tartari ſuſpicientes ſathan cũ nimia increpatione dixerunt ad eum, O princeps perditionis, & dux exterminatiõis Beelzebub, deriſio angelorum Dei, ſpurcitia iuſtorum, quid hic face-

re voluisti,regẽ gloriæ crucifigere voluisti, in cuius exitio nobis tãta spolia promisisti, ignorans vt insipiens quid egeris?Ecce enim iam iste Iesus Nazarenus gloriosæ suæ diuinitatis fulgore fugat omnes horribiles tenebras mortis, ima carcerum & summa confregit, & cunctos eiecit captiuos,& vniuersos vinctos soluit, & omnes qui præ tormẽtis grauibus suspirare & gemere solebant,insultabant nobis, & deprecationibus eorum expugnamur? Impia regna nostra vincuntur,& nullum iam gen⁹ hominum nobis relinquitur,imo potius & nobis fortiter comminantur, quod nobis nũquam superbi fuerunt mortui,nec aliquando potuerunt læti esse captiui. O princeps sathan omnium malorum, impiorum & refugarum pater, quid hic facere voluisti, quod à principio vsque nunc fuerunt, desperati salute & vita, modo nullus eorum personat gemitus,nec in alicuius eorũ facie lachrymarum vestigium inuenitur.O princeps sathan possessio infernorum, illas tuas diuitias quas acqui-

ſieras per lignum præuaricationis, & paradiſi amiſſionem,& nunc per lignũ crucis perdidiſti,& perijt omnis lętitia tua, dum iſtum Chriſtum Ieſum regem gloriæ ſuſpendiſti, aduerſum te & aduerſum me egiſti, amodo cognoſces, quanta tormēta,ęterna & infinita ſupplicia paſſurus es. O princeps malorum omnium ſathan, auctor mortis, & origo omnis ſuperbiæ, debueras primum iſtius Ieſu Nazareni cauſſam malam inquirere, in quem nullam culpam mortis inueniſti. Quare ſine ratione iniuſte eum crucifigere auſus fuiſti, & ad noſtram regionem innocentem & iuſtum perduxiſti,& totius mundi noxios, impios, & iniuſtos perdidiſti.Et quum loqueretur princeps inferorum ad ſathan,tunc rex gloriæ dixit ad ipſum principem inferorum Beelzebub: Erit ſathã princeps ſub poteſtate tua in perpetua ſecula ſubſtitut⁹ in locum Adę & filiorum eius iuſtorũ meorum.Et extendens Ieſus manum ſuam, dixit: Venite ad me ſancti mei omnes, qui creati eſtis ad imaginem meam,qui

per lignum, & diabolum, & mortem damnati estis. Modo viuite per lignum crucis meæ, diabolo mundi principe damnato, & morte prostrata. Tunc statim omnes sancti Dei sub manu altissimi Dei adunati sunt. Tenens autem dominus Iesus manum Adę, dixit ad eum: Pax tibi cum omnibus filijs tuis, iustis meis. Adam vero genibus domini Iesu Christi aduolutus, lachrymabiliter deprecatus est eum obsecratione humili, cum voce magna, dicens: Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me domine. Eduxisti ab inferis animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Psallite domino omnes sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione ei⁹, & vita in volũtate eius. Similiter & omnes sancti Dei genib⁹ domini Iesu aduoluti, vna voce dixerunt: Aduenisti redemptor mundi, sicut per legẽ & Prophetas tuos sanctos prędixisti, iã factis adimplesti.

Redemiſti viuos per crucem tuam, & per mortem crucis ad nos deſcendiſti, vt eriperes nos ab inferis & morte per maieſtatem tuam. Domine ſicut poſuiſti titulum gloriæ tuę in cælo, & erexiſti titulum redemptionis crucem tuam in terris, ita pone domine ſignum in inferno victoriæ crucis tuæ, ne mors dominetur amplius. Et extendens dominus Ieſus manum ſuam, fecit ſignum crucis ſuper Adam, & ſuper omnes ſanctos ſuos, & apprehendens dexteram Adæ, deſcendit ab inferis, & omnes ſancti Dei ſequuti ſunt eum. Tūc Propheta ille regius ſanctꝰ Dauid fortiter clamauit, dicens, Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eius, & brachiū ſanctum eius. Notum fecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Et omnis multitudo ſanctorum reſponderunt, dicentes, Hæc eſt omnis gloria omnibus ſanctis Dei, Amen, halleluia. Et poſt hæc exclamauit Habacuc Propheta, dicens, Exiſti in ſalutem populi tui, ad liberādum

populos tuos.Et reſponderunt omnes ſanĉti dicētes,Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus & illuxit nobis.Hic eſt Deus noſter in æternum, & in ſeculũ ſeculi ipſe reget nos in ſæcula,Amen.Sic & omnes Prophetæ de ſuis laudibus ſacra referētes, ſequebantur dominum.Dominus autem tenens manum Adæ,tradidit Michaeli archangelo,& omnes ſancti ſequebantur Michaelem archangelum,& introduxit in paradiſo gratia glorioſa,& occurrerunt eis obuiam duo viri vetuſti dierum, interrogati autem à ſanctis, Qui eſtis vos,qui nobiſcum apud inferos nondum fuiſtis,& in paradiſo corpore collati eſtis?Reſpondens vnus ex eis, dixit, Ego ſum Enoch, qui verbo tranſlatus ſum.Hic iſte qui mecum eſt, Helias Thesbites eſt, qui curru igneo aſſumptus eſt. Hic & vſque nunc non guſtauimus mortem, ſed in aduentum Antichriſti reuerſuri ſumus,diuinis ſignis & prodigiis præcincti,ad præliandum cum eo,& ab eo occidi in Ieruſalem.Et poſt triduum & dimidium die-

rum iterum viui in nubibus aſſumẽdi. Et quum hæc loquerentur ſanctus Enoch & Helias, ecce ſuperuenit alius vir miſerrimus, portãs humeris ſuis ſignum crucis. Et quumviderunt omnes ſancti, dixerunt ad eum: Quis es tu? Quia viſio tua latronis eſt, & propter quod portas crucem humeris? Quibus reſpondens, ait: Vere dixiſtis, quia latro fui, omnia mala faciens ſuper terram. Et Iudæi crucifixerunt me cum Ieſu, & vidi creaturarum mirabilia quæ facta ſunt per crucem domini Ieſu crucifixi, & credidi eum eſſe creatorem omnium creaturarum, & regem omnipotentem, & deprecatus ſum eum, dicens: Memor eſto mei domine, dum veneris in regnum tuum. Statim ſuſcipiens deprecationem meam, dixit ad me: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Et dedit mihi ſignũ iſtud crucis, dicens: Hęc porta, & ambula in paradiſo, & ſi nõ dimiſerit te ingredi angelus cuſtos paradiſi, oſtende illi ſignum crucis, & dices ad eum, quia Ieſus Chriſtus filius Dei, qui nunc crucifixus eſt, miſit

me huc ad te. Quum hoc fecissem, dixi ad angelum custodem paradisi hęc omnia. Qui quũ hęc à me audiuit, statim aperiens introduxit me, & collocauit me ad dexteram paradisi, dicens: Ecce modicum sustine te hic, vt ingrediatur omnis generis humani pater Adam cũ omnibus filijs suis sanctis, & iustis Christi domini crucifixi. Quum audissent omnia verba latronis omnes Patriarchę, vna voce dixerunt: Benedictus es Deus omnipotẽs pater ęternorum bonorum, & pater misericordiarum, qui talem gratiã peccatoribus tuis dedisti, & in gratiã paradisi reduxisti, & in tua spiritualia & pinguia pascua spirituali vita sanctissima collocasti, Amen.

HÆc sunt diuina & sacra mysteria quæ vidim⁹ & audiuimus, ego Charinus & Lẽthius amplius non sumus permissi enarrare cætera mysteria Dei, sicut contestans Michael archangelus dixit nobis: Eũtes cum fratribus meis in Ierusalem, eritis in orationibus clamantes, & glorificantes resurrectionẽ domini Iesu Christi,

quos à mortuis resuscitauit secum. Et cum nemine hominum eritis loquentes, & sedebitis vt muti donec veniat hora, vt permittat vobis ipse dominus referre suæ diuinitatis mysteria. Nos autem iussit Michael archangelus ambulare trans Iordanem in locum optimum & pinguẽ, vbi sunt multi qui nobiscum resurrexerunt in testimonium resurrectionis Christi, quia tãtum tres dies permissi sumus à mortuis, qui surreximus celebrare in Ierusalem pascha domini cum parentibus nostris in testimonium Christi domini, & baptizati sumus in sancto Iordanis flumine. Et iã à nemine visi sunt. Hęc sunt quãta nobis iussit Deus referre vobis, & date illi laudem & confessionem, & pœnitentiam agite, & miserebitur vestri. Pax vobis à domino Deo Iesu Christo & saluatore omnium nostrorum. Amen amen amen. Et postquam compleuerunt omnia scribentes, singulos thomos chartæ scripserunt. Charinus autem quod scripsit, dedit in manibus Rennæ & Chaysæ, & Gamalielis. Simi-

liter & Lenthius quod ſcripſit, dedit in manibus Nicodemi & Ioſeph, & ſubito transfigurati ſunt candidati nimis, & non ſunt amplius viſi. Scripta autem illorum inuenta ſunt æqualia, nihil minus aut maius habentia litera vna. Iſta omnia admiranda Charini & Lenthii dicta audiens omnis ſynagoga Iudæorum, adinuicem dixerunt, Vere omnia iſta à Deo facta ſunt, & benedictus dominus Ieſus in ſecula ſeculorũ, amen. Et exierunt omnes cum magna ſollicitudine cum timore & tremore, & percutierũt pectora ſua, & abierunt, vnuſquiſq; in propria ſua. Hæc omnia quæ dicta ſunt à Iudæis in ſynagoga eorũ, ſtatim Ioſeph & Nicodemus annunciauerunt præſidi, & Pilatus ſcripſit omnia geſta, & ea quæ dicta ſunt de Ieſu à Iudęis, & poſuit omnia verba in codicib⁹ prętorii ſui publicis. Poſt hęc ingreſſus Pilatus templum Iudęorũ congregauit omnes principes ſacerdotum & ſcribas, & legis doctores, & ingreſſus eſt cum eis in ſacrarium templi, & iuſſit vt omnes ianuæ clauderentur, & di

xit eis:Auditũ habemus,quod quãdam magnam bibliothecã habetis in tẽplo isto,propter hoc rogo vos, vt ante nos prę sentetur,& quum deportassent illã bibliothecam magnã à quatuor ministris auro & gẽmis pretiosis ornatã, dixit Pilatus ad omnes : Adiuro vos per Deum patrem vestrũ,qui fecit ac iussit templũ istud ędificari, ne verũ mihi taceatis: vos nostis õnia quę scripta sunt in ista bibliotheca,sed nunc dicitote,si vos in scripturis inuenistis istũ Iesum, quem crucifixistis, esse filiũ Dei venturum pro salute generis humani, & in quantis annis temporũ debuisset venire,manifestate mihi . Ita coniurati Annas & Caiphas,iusserũt exire de sacrario cęteros omnes,qui cũ ipsis erant,& ipsi clauserunt omnes ianuas templi,& sacrarij,& dixerunt ad Pilatum:Coniurati sum⁹ à te Iudex per ędificationem templi istius veritatem & rationẽ manifestam tibi facere.Postquam crucifiximus Iesum ignorãtes Dei filium esse, puãtes per aliquod carmen facere cũ virtutes, fecimus synagogam magnã,&

templũ iſtud. Et conferentes adinuicẽ ſigna virtutũ quę fecerat Ieſus, multos ex genere noſtro teſtes inuenimus, qui dixerunt poſt paſſionem mortis viuum ſe vidiſſe, & loquentem cum diſcipulis ſuis audiuiſſe, & altitudinem cæli pene trantem vidiſſe: & duos teſtes, quorum corpora Ieſus ſecum à mortuis reſuſcitauit, vidim⁹. Qui multa mirabilia quę fecit Ieſus in mortuis, annuncianerunt nobis, quæ in manibus noſtris ſcripta habemus. Noſtraque conſuetudo eſt, quod omni anno ante noſtram ſynagogam aperientes iſtam ſanctam bibliothecam teſtimonium Dei exquirimus, & inuenimus in primo libro de ſeptuaginta, vbi loquutus eſt Michael archangelus ad tertium filium Adæ primi hominis, de quinque milibus & quingentis annis, in quibus venturus eſſet de cęlis dilectiſſim⁹ Dei filius Chriſtus, & adhuc cõſiderauimus, quia forſitan iſte eſt De⁹ Iſrael, q dixit ad Moyſen, Fac tibi arcã teſtam. in lõgitudinẽ cubitorũ duorũ & ſemis, in altitudinẽ cubiti vni⁹ & ſemis, in latitudine cubiti vni⁹ & ſe-

mis.In his v.cubitis & ſemis,intelleximꝰ & cognouimus in fabricã arcę veteris teſtaméti,quia in v.milibus annorũ & ſemis,vẽturus eſſet Chriſtus in arca corporis,& ſic ſcripturę noſtrę teſtanť ipſum Dei filiũ eſſe, & dominũ & regé Iſrael.Quia poſt paſſioné eiꝰ nos principes ſacerdotũ admirãtes ſigna,q̃ propter eũ fiebãt,aperuimꝰ bibliothecam iſtã exquirentes oés gñationes vſq; ad gñationé Ioſeph & Marię matris Ieſu cóputãtes ex ſemine Dauid eſſe,inuenimus ea q̃ fecit dns,& qn fecit cęlũ & terrã,& primũ hominé Adã vſq; ad diluuiũ.Anni duo milia ducẽti & duodecim . Et á diluuio vſq; ad Abrahã anni nõgẽti duodecim.Et ab Abrahã vſq,ad Moyſen anni quadringenti xxx.Et de Moyſe vſq, ad Dauid, anni quingẽti x. Et á Dauid vſq ad trãſmigrationé Babylonis,anni quingẽti.Et de trãſmigratione Babylonis, vſq; ad incarnationé Chriſti,anni xl.Et fiunt ſimul quinque milia & ſemis:& ſic apparet,quod Ieſus qué crucifiximus, Ieſus Chriſtus Dei filius eſt,verus & omnipoté, Deꝰ,Amen.

MARBODI
ANSELMVS
VIT. B. AN
ACTA CH



calibrite
colorchecker CLASSIC
mm